



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

5 De pœna priuationis beneficiorum, & officiorum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

# 310 De poenitentia spiritualibus hæretorum.

vt crimen iudiciale prius manifestes; sed nolunt tibi concedere facultatem, vt absoluatis directè ab hæreti, nisi prius facias hanc manifestationem, quod graue reputare non debes, cum tibi suppetat medium cum Deo reconciliandi per sacramentum, dimidiando confessionem.

4 Restat ergo difficultas, quæ necessitas reputetur virgines, vt hanc dimidiando confessionem facere possis? Aliqui videbitur solum periculum remorum morienti in peccato, quale quicunque habet in omnibus sua vita momentis esse causam sufficientem. Neque obstat per contritionem hoc assecutari posse: quia contrito non ita facile habetur. Sed hoc nimis latum videtur, alias non renebetis semel & iterum infistere, vt tibi facultas concedatur ad integrè confitendum, quando spares illam obtenturum, sed commissio peccato itatim coram quolibet Sacerdote dimidiando confessionem posse; ne te exponas illi remotissimo periculo moriendi, quod nequamquam est dicendum. Quocirca illam solum reputatum causam virginem, vt dimidiando confessionem posse, cum alias virginis præcepto confessions, quia fatus factus illius præcepti videtur sufficientem occasionem præbere si dimidiandi. Item cum obligatis es ministrare, vel recipere sacramentum, & dubius exultis de contradictione; praeterea enim tunc securiorum viam eligere, vt dignus ad sacramentum accedas. Quæ omnia censoribus fidei submittit latius tradenda, in tractat. de penitent. vbi de casibus referuntur, & in tractat. de excommunicatis, quando nam possit recipi sacramentum ab eo, qui excommunicatione innodatus existit.

## P V N C T V M IV.

### Explicatur poena irregularitatis, & infamiae hæreticis imposita.

- 1 *Priuatum hæreticus sicut excommunicatus officii, & munib. sacru item Ecclesiastica sepultura, si notorius sit.*
- 2 *Non solum publicum hæreticum, sed occultum & irregularium.*
- 3 *Ab hac irregularitate ex delicto occulto proueniente probabilitus est Episcopum absoluere posse.*
- 4 *Infamia afficit hæreticum, sed debet eius notorium esse delictum, notoriatae fandi, vel iniurie.*

**N**on est dubium hæreticum, ut post excommunicationem, priuatum esse omni officio, & munere, quo excommunicatus priuatus est. Quapropter neque potest sacramenta recipere, neque ministrare, neque actum ordinis exercere, neque alia munia obire; que interdicuntur excommunicato. Quod si moriatur, caret Ecclesiastica sepultura, cap. sicut, de hæret. in fin. & excommunicatus, et credentes, de hæret. Extenditur ad hæretorum fautores, & defensores; debet autem hæreticus ita notorius decedere, vt nulla tergiversatio eius malitia celari possit, alias priuati non debet sepultura. Quod si non obstante hac notorietae sepellire illum præsumpti, excommunicatione innodari, ex cap. quicunque, de hæretico, in 6. & ibi gloss. & suspeclus de hæreti redditis, vt bene omnia probar, pluribusque exomat Farinacis de hæreti, quæst. 192. toto §. 3. à num. 38. Irregularitas autem, infamia, & priuatio beneficiorum non excommunicato annectuntur, annectuntur tamen hæretico, vt videbimus: & licet de his penitus, specialiter de irregularitate, & infamia in fine tract. de irregularitate, egi, breuer doctrinam ibi positam compilabo.

2 Afferui solum notorium hæreticum, sed etiam occultum irregularē esse, cum Sylvestr. Azot. Suarez Thoma, Sanchez, quibus addit. Farinac. de hæreti, q. 192. n. 67 & 68. Pegna 3. p. direct. commen. 16. circa finem, vers. ad primam. Dixi tamen probabile esse occultum hæreticum non esse irregularē, co quod textus, qui referuntur, in quibus haec irregularitas fundatur, videbunt cap. nos si §. item Daniel, 2. q. 7. cap. presbyter, de penitent. disp. 5. loquuntur de delicto notorio, & irregularitas non incurrit, nisi in casibus a iure expressis.

3 An vero ab hac irregularitate si contrahatur per delictum occultum possit Episcopus virtute Trident. dispensare? Probabilis defendit ibi cum Farinac. num. 79. posse, motus, quia Concilium non limitauit in irregularitatibus potestatem, sed absolute dixit in omnibus licet Episcopis dispensare, vnicam solum exceptit, quæ ex homicidio voluntario nascitur, quæ exceptio firmar concessionem aliarum. Neque exaginatione facultatis absoluendi ab hæreti arguit negata facultas dispensandi in irregularitate, quia sunt res omnino diuersae, & à separatis non sit illatio, ex I. Papian. exulff. de minorib. præcipue cum minus quid sit dispensare in irregularitate, quæ non est certa omnino, sed dubia, quam absoluere ab hæreti certa, & indubitate.

4 Poena infamiae hæretico ipso iure comittatur ex text. in authent. Gazaros, in princ. C. de hæretico, & ex I. cunctis populis, C. de summa Trinitate, & ex cap. excommunicatus, I. §. credentes, de hæretico, & cap. statutum, 2. de hæretico, in 6. &

ex c. infames, 6. quæst. 1. & aliis pluribus, que congerit Farinacius de hæreti, quæst. 189. num. 40. Pegna direct. i. part. comment. 4. in verbo reliquos, ver. his ita positis. Petrus Gregor. Syntagma iuris, lib. 33. cap. 8. num. 3. in fine, & alijs.

Credo tamen hanc infamiam perfectè non contrahere hæticum, quoquaque eius delictum notorium sit, vel notorieta te facti, si factum sit publicum, vel notorietae iuriis, si per sententiam omnibus innotescit, sic Burfat. consl. 14. num. 18. & seqq. & n. 23. lib. 1. Ioan. Azot. tom. I. institutionum moralium, lib. 8. cap. 13. q. 7. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 26. m. 1. Farinacius de hæreti, quæst. 189. n. 56. Et ratio est, quia infamia est prælia aliquis opinio circa plures, quæ est non potest abs. quæ delicti cognitione. Neque obstat hanc infamiam à iure contrahi ob delictum hæticum, contrahitur enim à iure, sed indiget sententia declaratoria criminis, sicut ipso iure sunt bona hæretici confitata: exequio confitacionis requiri sententiam latem declaratoria criminis. Quod vero aliqui dicunt ex hæreti occidere contrahi infamiam, quod effectus scilicet quod inhabilitatem ad officia publica, & beneficia: credo hunc effectum non tam ex infamia, quæ ex irregularitate, & excommunicatione tali criminis annexa ori. Vide que in tract. de irregular. punct. vlt. de hac poena dicam.

## P V N C T V M V.

### De poena priuationis beneficiorum, & officiorum.

- 1 *Hæreticus inhabilis est ad beneficia, & officia publica durante hæreti.*
- 2 *Ab illa absoluens, & Ecclesia reconciliatus, si publicum fuit delictum, nequit beneficium Ecclesiasticum obtinere, nisi in irregularitate diffenserit. Si occultum fuit delictum, probabile non esse impedimentum.*
- 3 *Beneficiis rite obtentis, plures Doctores affirmant non esse priuatum ipso iure, sed venire priuandum.*
- 4 *Probabilis est oppositum.*
- 5 *Requiratur tamen sententia declaratoria criminis.*
- 6 *Huius priuationis expeditus multiplex effectus.*
- 7 *Sed quid si ex toto corde hæreticus converteratur? Proportionum varia sententia non esse beneficii priuandum.*
- 8 *Quid sententiam sit.*
- 9 *Priuatum hæreticus aliis officiis, & publicis munib. est.*

**A**lia pena præcipua hæretorum est priuatio beneficiorum, & officiorum rite acquisitorum, & inhabilitas ad futura. Constat haec pena ex cap. ut commiss. priuand. de hæret. in 6. cap. statutum, et. 1. eod. tit. & lib. & tradunt omnes.

Et in primis hæreticum inhabilis est ad beneficia, & officia publica durante hæreti nemini est dubium, cum sit excommunicatus, & irregularis: & est expresa dictio textus in cap. statutum, et 1. de hæret. in 6. ibi pro hæretico ad aliquod beneficium Ecclesiasticum admittantur. Quare collatio beneficii sic facta nulla est, & fructus inde percepti debent restituiri ante omnem sententiam, sic Lamberton. de iure paronatus, part. art. 6. & 9. Pegna direct. 3. part. quæst. 113. comment. 162. in medio. Azot. tom. 1. lib. 9. cap. 13. quæst. 8. Sanchez lib. 2. cap. 26. num. 4. Suarez de fide, disp. 2. in fine. Garcia 11. part. de benef. cap. 10. num. 72. & 80. Farinacius de hæreti, quæst. 189. num. 7. & alij.

2 Si autem hæretum reliquerit, & ab illa fuit absoluens, & Ecclesia reconciliatus, gravis est inter Doctores controvencia an tum maneat inhabilis ad beneficia, & officia, ita ut nulla reddatur eorum collatio, si illi contrahantur ab aliis, quam ab eo, qui dispensante potest in contraria inhabilitate? Diuini sunt Doctores alii. Affirmant, alii negant, vt videri potest in Farinac. de hæreti, q. 189. num. 82. & seqq. quæst. 193. à num. 66. Distinguendum cœficio de hæreti occulta, vel publica: si hæreti publica fuit, certum est hæreticum irregularē esse, ac proinde incapacem beneficiorum Ecclesiasticorum, si dispensatus non sit: si autem hæretus occulta fuit, cum probabile sit ex illa non oriri irregularitate, etiam cœficio probable, neque inhabilitatem ad beneficia obtinenda oriri: & nullibi cauerit hanc inhabilitatem ex occulta hæreti iam exclusa manere, ex text. in cap. statutum vbi imponitur, de hæretico, & de hæretico debet intelligi; non de hæretico paenitentia.

3 Difficultas autem est de beneficiis rite possibilis, an illis hæreticus priuatus ipso iure, an veniat priuandum per sententiam?

Non esse priuatum ipso iure, sed venire priuandum, affirmat Alphonfus de Castro 1.2. de iusta hæretorum punitione, c. 4. Si mancas de cathol. infit. tit. 46. n. 72. Lud. Gomez reg. de annali possessore, q. 52. Hæretique lib. 13. de excommunicatis, c. 56. n. 2. Aragon. 2. 2. quæst. 11. art. 3. Valquez 1.2. disp. 17. 2. cap. 2. n. 11. Salzedo in tract. crim. cap. 114. in princ. restatutus est hanc sententiam benigniore, & forte veriore, eto ipse contrarium sequatur. August. Barbosa loco statutum allegando reputat in

in alijs iuriis veriorem; contrariam tamen dicit esse sequentiam Sanchez affirmat esse probabilem. Probo in easu dubio; an si priuatio per sententiam, vel ipso iure, pro priuatione per sententiam est interpretatio facienda, quia est benignior interpretatio, ut tradit Gonzalez ad reg. 8. cancellar. glossa 15. num. 15.3. Petrus decis. 1.29. lib. 3. Achil. deci. 1. de penit. Tantum p. praxis quesit. 19. num. 46. Barbofa 3. p. allegat. 57. num. 51. Sed non est certum ex illo texto colligi hanc priuationem ipso iure. Ex conformato, ut aliqua pena ipso iure incuratur, debet esse in iure expedita, ut bene probat Nicol. Garcia 11. de benef. cap. 10. n. 3. & docent omnes; sed in iure nullus effractus, qui talen priuationem exprimat ipso iure, ut expendingo text. videbimus. Quatuor enim textus allegantur. Primum est cap. quo iure, dif. 8. qui est ex August. vbi dicitur: qui patet Ecclesia Catholica communionem usurpant sibi nomine Christianum, ne volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Ecclesia audire possidere. & idem traditur in e. f. 10. 13. quod. 5. & cap. si de rebus, e. quod autem, 23. q. 7. Sed iuxta textus aliquid probarent, probabant viroque neque beneficiis, neque fructu illorum post ab hereticis possideri, sed necessario ei invenienda fore, quod etiam auctores contraria sententia negant. Quapropter cum D. August. dicit nihil nomine Ecclesia debere hereticum possidere; intelligit, quando eius possidere siam malitiam in Christianam Ecclesiam diffundat. Addit explicacionem glossa, quae non de possessione habita, sed habenda loquitur, quae contingit, cum hereticus potest possidere & restituendum alicuius rei, cui oblatre potest extirpationem, quia non est iustum, ut audeat nomine Ecclesie fac consequi possessionem, cum ipsam Ecclesiam offendat. Segnus textus et c. ad abundantiam, §. 1. de heretic. vbi sic habebit. Si clericus est, torius Ecclesiastici ordinis praerogativa potest, & sic omni officio & beneficio spoliatus Ecclesiastico sularis relinquatur. Ex quibus verbis potius inferri sententia indecisa, quam mandata esse. Nam verbum illud mandatur, & spoliatus relinquatur, ad iudicium diriguntur, qui debet nudare, & possidere responsum. Ergo important sententiam. Tertius textus in e. commissi. de hereticis, in 6. vbi de illo dicitur: priuatis vel priuatis nuntiandi dignitatem, ac alio beneficio dispensari, de diocesano, vel eis absuntibus vicariorum suorum consilio, & officiis publicis, ac honoribus quibuscumque, eodem hereticos, credentes receptatores, & defensores ipsorum, evanescere filios, & nepotes plenam concedimus facultatem. At ex verbis his textus non satis colligitur hereticos priuatos esse ipso beneficiis. Nam quod aliqui dicunt, illa particula vel non sumi, nisi disfundam, & de declaratoria, ita ut faciat hunc sensum. Inquisitoribus concedimus facultatem priuandi hereticos beneficiis, id est, declaranti priuatos esse beneficis. Videatur esse violenta exposicio, cum ex illa sequitur abfusio fundamento. Pentium vium suffit obscuris verbis in hac constitutione, cum potest classificari in verbisque superflua assumptiva. Nam si per illa verba priuati & hereticos non intenderet. Pontifex sicutur Inquisitoribus concedere illos beneficis, & officiis priuatis, sed supponeret iam priuatos, & solum concederet facultatem priuandi priuatos, clarissim procedere, omittinge illa verba priuandi hereticos, quia illi nihil aliud operantur, nisi reditum sensum difficiem. Quapropter Constatv. lib. 2. var. c. 8. num. 4. agnoscens forte hanc differentiam dicit particulam priuandi referendam receptatores, defensoresque hereticorum particulam vero priuatis nuntiandi ad ipsos hereticos. Sed quod fundamento id dictum sit non appetat. Neque enim ex text. colligi potest, magis vnum, quam aliud ad hereticos referenti. Dicendum ergo est ad virutum referenti, noluisseque Pontificis definire modum, quo hereticos, & communique factores beneficis priuauerent: sed sine haec priuatio ipso iure contingat, sive contingat per sententiam, tribuit facultatem Inquisitoribus priuandi, si priuatio sunt, & priuatos nuntiandi, si ab ipso iure priuati sunt. Que explicatio confirmari potest ex style frequenti, & communis inquisitionis, cum enim aliquis hereticus condamnatur, dicit sententia, eam priuamus, seu priuatum dicimus. Addit illam particulam vel disfundam, & eum copulatiu- sum posse sapere si in iure, & tunc facit hunc sensum. Facultatem concedimus Inquisitoribus priuandi hereticos, communque defensores beneficis, officiisque publicis, & sic iam priuatos nuntiandi. Non ergo ex huncmodi text. priuatio ipso iure inferatur. Prosternit solus constitutio Pij V. que incipit. Cum ex appaltatu officio, relata a Pegna in fine directori pag. mibi. 14. vbi beneficia vacanta propter heresim Apostolicas sedi referantur, a nemineque imperante posse, nisi vacationis modum capitam. Ceterum est Salzedo, Pegna, Farina, & alii statim allegandis videatur sufficienter ex hac constitutione priuatiu- mmodo iure contingere, eo quod supponere videatur Pontifex propter heresim beneficia vacare. At Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 16. num. 5. id non approbat, quia ibi non dicitur, quando propter heresim vacent beneficia, & ante sententiam, vel post illam, sed referuntur esse, quando cumque vacent. Ergo affirmandum est non vacare ipso iure. Ex hoc modo dicendi inferur, interim dum sententia succedit, posse beneficia renuntiari, permutari neque adueniente sententia renuntiationem, aut per-

mutationem antea factam infirmari. Addit neque impetrari ab aliquo posse, hoc enim generale est, quoties beneficium non vacat ipso iure: vt bene probat Sanchez lib. 7. de matrim. dif. 42. n. 2. & tradit lib. 2. in Decal. cap. 26. in s. n. 16.

4. Ceterum eti spudiata sententia fit probabilis, probabili tamen, & omnino sequenda est contra sententia affirmativa haereticum exterrum quantumcunque occultum ipso iungit priuatione esse beneficis ritu possibili, tener innumeratos allegans Gonzalez reg. 8. cancellar. glossa 15. n. 6. Flamin. lib. 3. q. 1. num. 31. Barbofa de posse. epij. 3. p. alleg. 57. num. 37. & 38. Garcia 11. p. de benef. cap. 10. num. 60. Sanchez lib. 2. cap. 26. n. 6. Suar. de fide. d. p. 21. s. c. 5. num. 17. Couart. lib. 2. var. c. 8. q. 4. Farinac. q. 19. art. 69. practice 77. & in fragment. verbo clericis. num. 340. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 416. num. 6. 1. Pegna 3. p. direct. q. 11. 3. Salzedo cap. 114. Precipuum fundamen- tum sumo ex Ilyio curia, & confutacione Romane Ecclesie, in qua a die commissi criminis reparatur beneficium vacate ipso iure: neque posse renuntiari, sed a quolibet alio impetrari, quem stylum, & confutacionem esse cestantur Farinac. Sanchez. Pegna. Suar. & alij, quos ipsi inferunt. Secundum fundamentum delictu ex e. cum secessum leges, de hereticis in 6. vbi omnia bona hereticorum a die commissi criminis sunt confiscata. Si ergo omnium bonorum temporalium amittit titulum, & dominium a fortiori amitteret beneficiorum Ecclesiasticorum.

Requirunt tamen declaratoria sententia, cum ante illam non tenetur hereticus se beneficis spoliare, sicut neque alii bonis, ut colligunt sat's ex cap. cum secundum, de hereticis. & tradit Sanchez. num. 7. Farinac. n. 8. 0. Suar. in fine illius sect. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 8. q. 3. Addit non solum requiri sententiam declaratoriai criminis, sed etiam executionem factam per indicem. Sic Farinac. num. 79. fine, Sanchez. num. 8. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 8. quesit. 4. Couart. 4. Decretal. 2. p. cap. 6. §. 8. n. 8. & alij. Sic tamen plures Doctores contrarium sententia, affirmant namque hereticis obligatum est non solum post sententiam declaratoriai criminis dimittere beneficium, sed etiam ante illum a die commissi delicti, quia caret titulo illius, & sine titulo non potest quis beneficium retinere, neque fructus lucrari: & ita tradit Flamin. de resignat. lib. 3. q. 1. n. 3. 1. Garcia. 11. 2. p. de benef. cap. 10. n. 18. Gonzalez glossa 15. n. 15. 0. Barbofa allegat. 57. n. 2. 54. Sed negandum est catere absolutum ipso facto ante sententiam, sed sub conditione, si sententia succedat, ut dicimus.

6. Effectus huius priuationis ipso iure est multiplex. Primus potest a quolibet impetrari, presentari a patrone, conferari ab Episcopo tanquam vacans ipso iure: colligitur ex cap. licet Episcopius. de prabendis, in 9. & ibi gloss. verbo, se non vocato, & tradit Lamberton de iure patronatus, 1. part. 1. 2. q. 6. toto art. 9. & 10. Sanchez lib. 2. cap. 26. n. 12. Farinacius quesit. 189. n. 79. Barbofa 3. part. de posse Episcopi, allegat. 57. n. 255. Gonzalez glossa 15. & num. 148. Garcia 11. part. cap. 10. n. 23. Hac autem preterea, & electio fieri potest heretico non citato, ut ipso qui caret titulo beneficij: sic doctores super relati: mouentur ex dict. c. licet Episcopius. Nam etio loquuntur de beneficio vacante ex custodione alterius incomparabilis, excludit doctrinam ad causis, in quibus inducitur priuatio ipso iure. Ac credo de rigore iuriis hoc verum non esse. Nam quoties in pecuniam alicuius delicti priuatur quis beneficium, non priuatur titulo illius potest esse ante sententiam, sed imperfecte, & sub conditione, si sententia accedat, aliam debet esse ante sententiam illud dimittere: sicut debet dimittere cum obtinet beneficium incompatible, quia runc absolute, & perfecte titulum perdit. Ergo ut valida sit presentatio, & electio, debet citari hereticus, & taliter declarari. Addit promissionem illius beneficij alteri conferri non posse heretico non citato, ut tradit Sanchez supra, quia per delictum non amittit beneficij possessionem, sed neque etiam amittit titulum perfecte. Secundus impetrans beneficium hereticus non tenetur in interpretatione exprimere requisita in regul. cancellaria 3. 1. quod dilponit, quod impetrans beneficium pacifice posse, debet exprimere valorem, & alia que ibi cauentur, sic tradit Bernad. Diaz. cap. 114. num. 1. Calladorio in decis. Rora 14. Farinac. num. 79. Tertius non potest beneficium in favorem alicuius resignare, quia non est perfecte suum, sed Sedi Apostolica referuntur. Neque resignari ex vi talis resignationis ius in beneficium fibi resignati irreducibiliter accedit, sic Pegna 3. par. quesit. 113. comment. 162. verbi, huc quoque. Salzedo 1. 11. 4. paulo post princ. Aduerit tamen Sanchez supra num. 9. & Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. q. 8. si de facto resignationem beneficij hereticus faciat, aut cum alio permittat resignationem & permissionem tenere, quovisque sententia declaratoria delicti succedat. Ratio est, quia hereticus non amittit beneficij possessionem, etiam si rituum, & proprietatem perdat. Quod videtur sufficere, ut beneficium de facto transferat, neque is, in quem tale beneficium translatum est, teneatur dimittere, quovisque sententia declaratoria criminis succedat. At si verum est hereticum caret titulo, nulla ratione hoc sustineri posset, quia beneficij posse non potest in aliud transferri non translato titulo. Si igitur titulus hereticis criminis amittit,

## 312 De pœnis spiritualibus hæreticorum.

Sus sit quomodo possit beneficij transferri potest? Vnum autem est omnino certum, supposito, quod hæreticus priuatus sit ipso iure beneficis, videlicet facta declaratoria delicti, rescindi permutationem & resignationem beneficij, & auferri beneficium ab eo, cui via permutationis, aut simpliciter resignationis collatum fuit; quia sententia illa declaratoria habet effectum suspendendi, & invalidandi omnes actus qui subiecti fuerint à die commissi criminis. Rescissa autem tali renuntiatione, aut permutatione auferetur à resignatario beneficium collatum, ipsè resignatarius si loco beneficii ab hæretico accepit alium illi conculcit, potest ad suum pristinum beneficium redire, vel proprii autoritate, vel salem noua aduentione collatione, quia permutation non habuit effectum, sic Sanchez cum Flanni, *spr. n. 9.* Quartus effectus est priuatu fructuum ex beneficio perceperunt, si enim beneficium priuatur, à fortiori priuari debet fructus ab eo prouentibus. Quare aduentiente sententia declaratoria criminis, cum omnia bona hæretici confiscetur, & illi fructus confiscati manent: neque allegata potest sibi deberi ob iniuriam exhibitum, quia vnde cœcum ea habeat, omnibus priuatur. Solum ei difficultas, an ante sententiam concatur ea restituere? Affirmat teneri Azot tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 3. Gonzalez plures referens, *glossa 15. num. 150* Barbola 3. part. *allegat. 52. num. 154.* Mouentur, quia fructus acquiri non possunt sine titulo beneficii, sed i) hæretici illo carent ratione criminis. Ergo Neque allegata potest in praesenti bona fides, cum hæretico conferre se titulo priuatum esse. Nihilominus probabilius videtur dicendum hæreticum beneficium lucrari fructus beneficii taliter, quod non tenuerit illos restituere ante sententiam, sic Sanchez illo *cap. 26. num. 10.* Mouentur, quia ad horum acquisitionem sufficit titulus possessionis, & administrationis legitima beneficii, etiam si ritulo & proprietate careat, vt contingit in qualibet alia re temporali fructifera, qua priuatus est ipso iure hæreticus: sicut enim cum haec priuatione compatiat exclusio restituti, & fructus illis ante sententiam, ita in beneficio, & eius fructibus dicendum est. In quo est maxima differentia ab hærente sententiæ à principio titulum nullum, quia hic, neque possessionem, neque administrationem beneficii legitimam habet, quia hæc fundatur in titulo. At cum titulus in penam delicti deperditur, non perditur possit, neque administratione, & consequenter neque titulus legitimus ad lucrandos fructus. Verum esti doctrina acquisitam, ratione adhuc non possum. Extremo enim priuationem factam hæretico ante sententiam non esse ita absolutam, & perfectam, vt titulum, & dominium priuatum, aliarumque rerum deperdat, non enim percipere possit, quomodo beneficium retinere possit, illoque vti, si titulo beneficii hærente careret, neque quomodo possit validè in aliud transferre non translato titulo? Sed exstimo esse quandam imperfectam, & conditionalem priuationem, ut aduentiente sententia declaratoria criminis ceaseret, ut die commissi delicti priuatum beneficium, omnibusque aliis rebus, si dicit Suarez *diss. 21. de fide. sect. 5. num. 19. & 20.* Quae omnia clariora reddentur ex his, que de confisicatione bonorum dicimus.

7 Sed quid si clericus hæreticus ex toto corde conuertatur priuandus est beneficiis, & officiis?

Due sunt sententiae communes. Prima negat, sic Eymer. *director. 3. part. quest. 113. versic. confidantur.* Et q. 115. *versic. hoc sam. Decian. tractat criminis lib. 5. cap. 54. n. 8.* Rebuffus *practic. benefic. n. 5.* Cartet, *in practic. criminis 4. tractat. de hereticis* § modò qualiter. n. 1. Archidiacon. Geminian. Philippus Francus, & alii apud Farinacum *in fragm. verbo clericis,* num. 362. & de hereticis, quest. 189. n. 82. Fundamentum definiuntur ex cap. *ad abolendam de hereticis, versic. praesenti.* vbi dicunt, si clericus est, totius Ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur, & sic omni beneficio, & officio spoliatus Ecclesiastico, laicaria relinquitur, arbitrio potestatis, animaduictio debita puniundis, nisi continet post deprehensionem erroris ad fidem Catholicam omittit sponte recurrere, & erroris, *nam ad arbitrium Episcopi, &c.* Ecce qua ratione si continuo ad fidem reuertitur, non priuatus beneficis. Sponte dicitur ad fidem reuerti, quando infra tempus gratia venit non monitus re integræ, & ante receptas probationes, vt dicit Archidiacon. *in cap. ut commiss. de hereticis* in 6. col. 2. ad medium, sub v. 3. Additum Pegnam 2. p. direct. in comm. 8. explicantem *spr. 2. e. ad abolendam,* & laius 3. p. q. 109. comm. 158. dicuntque hæreticum tunc continuo redire, & conuerti, si ante sententiam diffinitum conuerteretur, & tunc non esse bona illius confiscanda; confessit Zanch. de hereticis 16. n. 7. ibi Campiegus Bernard. *in lucerna, verbo redire, §. 6.* Simancaes de catholicis *inflit. 47. n. 40.*

Secunda sententia affirmit priuandos omnino esse, & soluta ex dispensatione Pontificis ex retinere posse. sic pluribus confirmat Simancus de catholicis *inflit. 47. n. 6. & in Enchirid. sit. 58. n. 4.* Lelius Zechius in sum. 1. p. tit. de fide, cap. 11. n. 16. in 12. *pars Reperi.* inquit verbo cōqueruntur, *versic. cum conqueri rugatur.* & alii apud Farinacum *spr. 2.* Mouentur ex concilio Elberfino, cap. 5. vbi dicitur ex omni heretico, qui ad nos fidelis euenit, minime est ad clerum promouendus, vel si qui sunt in

præteritum ordinati, sine dubio deponuntur, vbi verbum *deponitur*, significat depositionem perpetuam, ut ex glossa, & Commodo Bruno, & Simanc. notaui Farinac. *locis allegatis.*

In hac contrarie distinctione videtur Farinac. *spr. sc. quies Pegnam direct. inquisit. 3. p. q. 113. comm. 162. versic. vero.* affirmat namque primam sententiam intelligendam esse de hæretico ad fidem reuente ante sententiam & antequam recepta fini probationes, & testibus conuincatur. Secundam de hæretico non sponte, sed potius testibus conuictio, aut post sententiam ad fidem reuente, variis Doctoribus hanc distinctionem comprobatur.

8 Ceterum iuxta nostram sententiam, que affirmat hæreticum ipso iure à die commissi criminis priuatum esse beneficis, & officiis Ecclesiasticis, dicendum est primò a retinere non posse, nisi ex dispensatione Pontificis, si enim eius declaratum est, quatuorcumque ante declarationem penitentie, & hoc contumie cum secunda sententia, & cum tradit Sanchez lib. 2. in *Decal. cap. 26. n. 13.* Et recte est manifesta, quia facta declaratione delicti contrahit hæreticus penas à iure delicta statutas. Sed vna est priuatu ipso facto beneficiorum. Ergo. Item ex Bullâ Pij V. relata, referuntur Sedi Apostolice quacunque beneficia ob hæretici vacantes, sed omnino vacante beneficia saltem hæretici declarata. Ergo secundum dicendum est, si hæreticus sponte fuerit conuertus, seu antequam sapientius moritus fuerit, & testibus conuictus, convenientissimum esse, vt Sede Apostolica beneficia reddantur, quia hæc gratia aliquoniam conuerctionem maturabit. Et in hoc sensu explicandos est text. in *cap. ad abolendam de hereticis,* cum dicit non esse Ecclesiastici officios, & beneficis clericum priuandum, *si contrit. & sponte ad fidem reuertitur.* Adde huicmodi textum non de priuatione simplici beneficiorum logii, sed de priuatione, que per degradationem contingit, siquidem secularis relinquitur arbitrio potestatis puniendus, quam degradationem noluit textus admittere in eo, qui cito, & sponte ad fidem reuertitur.

9 Ad hanc penam priuationis beneficiorum reduci potest que traditur in *cap. quicunque S. ad hoc de hereticis,* in 6. vbi dicitur quoscumque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huicmodi personarum, (nimirum hæreticorum, vel credentium, receptorum, defensorum, vel fautorum eorum) dignitates, personatus, & quacumque alia Ecclesiastica beneficia sunt ad eis. Ex novo priuatione taliter acquisiti, volentes quod tales & hæretici careant perpetuo, erit receperunt illa scienter, ad alia, vel similia nequamquam in posterum admittantur. Circa, quam ponam adiecte primo preces debere esse efficaces, ita vt ex vi illarum obtinatur beneficium. Secundo recipiendum beneficium debet esse ad preces hæreticorum sibi beneficium datum esse. His ergo conditionibus existimibus perpetuo priuat recipiens beneficis sic acquisitis, & inhabilit redditus ad alia, vel similia in posterum obtinenda. Aliuci tamen videti potest non esse inhabilis ipso iure ad alia, & similia beneficia obtinenda, sed illa recipere posse, si conferantur, siquidem textus solum dicit, ut ad beneficia admittantur, non tamen irritat, neque annulat admissionem.

### DISPVVTATIO V.

*De pœnis temporalibus hæreticorum, principiis de confisicatione bonorum.*

**N**ATURÆ sunt haec pœna, sed omnium præcipua, ex qua reliqua oririuntur, est bonorum amissio. De hac ergo quantum latius agemus, quia communis est alii clericis. Circa quam examinandum est, quia bona sub confisicatione cadant. Qui modus confisicationis est, & qui eam facere possit. Tandem loquemur de aliis pœnis temporalibus quibus hæretici afficiuntur.

### P V N C T V M I.

Sitne pœna confisicationis bonorum hæreticis imposta.

- 1 *Iure ciuilis, & Ecclesiastico haec pœna statuta est.*
- 2 *In execuzione huius pœna leges canonicae preferendo sunt ciuilibus.*

**H**anc pœnam confisicationis solent hæretici, ut potest ab hæretica vita, & spiritualibus bonis alieni, & temporalibus immensi, magis timere. Quapropter tam Imperatores Christiani, quād Pontifices variis suis decretis cam stabili procurauit, ut videatur in *L. Manichæus, C. de heret. ibi, ques bonorum*